# The Electronic Manipulus florum
## www.manipulusflorum.com

# Mulier x
## cum fonte primo

Quid aliud est mulier nisi
amicicie inimica, ineffugabilis pena,
necessarium malum, naturalis temptacio,
desiderabilis calamitas, domesticum
periculum, delectabile detrimentum;
mali natura, boni colore depicta? Ergo si
dimittere illam peccatum est,
tenere autem uere tormentum est.
Necesse est autem ut aut dimittentes
adulterium faciamus,
aut tenentes cotidianas
pugnas habeamus.

Chrysostomus super illud Matthei XIX: Non expedit nubere.

Quid autem est aliud mulier, nisi
amicitiae inimica, ineffugabilis poena,
necessarium malum, naturalis tentatio,
desiderabilis calamitas, domesticum
periculum, delectabile detrimentum,
mali natura, boni colore depicta? Ergo si
dimittere illam peccatum est,

necesse est ut,

aut tenentes, quotidianas
pugnas et amaritudines habeamus.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 32 (PG 56, col.803).